



**D. DIONYSII || CARTHVSIANI, DE || DOCTRINA ET REGV-||lis
vitae Christianæ**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, 1577

VD16 D 1959

Quomodo operarij habere se debeant circa seruos & ancillas. & circa
operarios mercenarios suos 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60177](#)

146 D. DIONYS. CARTH.
Quomodo Christifideles habere se de-
beant circa seruos & ancillas,
et circa operarios ac mer-
cenarios suos.

Artic. X.

Eccles. 4.

Psal. 127.

Psal. 72.

Noli esse sicut Leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens tibi subiectos. Lex CHRISTI, lex est totius charitatis, pietatis ac humilitatis. Ideo Christiani circa suos ministros & ancillas, circa operarios & mercenarios suos habere se debent charitatiè pie, humiliter, non protinus, aspernanter, elatè. Imò debent illos sibiipsis in corde suo præferre tanquam beatores & magis electos Deo: utpote qui in sudore vultus suscantur pane suo, & de suis sustentantur laboribus, quos beatificat & collaudat scriptura dicendo: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Porrò de divitiis, otio, iocis, ludis, loquacitati vanitibus, scriptum est: In labore hominū non sunt, & cū hominibus non flagellabuntur: Ideo tenuit eos superbis operis.

TH.
se de-
as,

domi-
cos tu-
subie-
T I, le-
hum-
os mi-
rios &
deben-
n pro-
deben-
referre
ectos
ltus su-
usten-
t & co-
res mi-
s, bes-
diuiti-
ati va-
hom-
on fla-
erbit
operi

DE VITA CHRISTIAN. 147

operti sunt iniuitate & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniuitas eorum, transierunt in affectum cordis. Eccè quām periculosum est, diuitem o-
tiosumque esse.

REGULA I.

SERUI & ancillæ, operarij ac merce-
narij non sunt à Dominis suis gra-
uandi immoderatis laboribus.

Per hoc quippe Aegyptij Deum Israel grauissimè offenderunt, quòd filios Israel immoderatis oneribus in-
humaniter affixerunt, vt patet in ex-
odo. Vnde & filijs Israël Deus præce-
pit p Moysen, ne & ipsi taliter facerent ministratibus ac laboratibus sibi. Hinc scripsit Apostolus: Et vos Dominie ea. *Epheſ. 6.*
dem facite illis: id est seruientibus vo-
bis agatis, quemadmodum vobisipſis rationabiliter fieri optaretis, si serui esſetis ac pauperes: ſcientes quia & veſter & illorum Dominus eſt in cœlis. Quasi dicat: Reputate vos eſſe illorum conſeruos, quia communem Domi-
num in cœlo habetis, & formidate di-
uini rigorem iudicij, quoniam & il-
lorū & vester iudex in cœlo eſt, qui ſic vobis reſtituet, ſicut circa alios mer-
iſtis, priout in Euangeliō conteſtatur: *Matth. 7.*

g 2

Qua

148 D. DIONYS. CARTH.

Qua mensura mensi fueritis, remetetur vobis. Hoc totum eminenter considerauit & impleuit sanctus Martinus, qui seruo suo ministrauit frequenter. Hoc quoque sapientissimus Salomon bene attendit: qui ut 3. Regum narratur, mittebat operarios suos in Libanum per singulos menses, ita ut duobus mensibus vicissim essent in domibus suis.

REGULA II.

Seruis & ancillis ac operarijs exhibenda est moderata & proportionata refectio, hoc est, prout labo requirit: superflua vero & delicata refectio eis non conuenit, cum in Proverbijs dicat scriptura: Qui delicate nutrit seruum suum, postea eum lentiet contumacem. Et in Ecclesiastico legitur: Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina & opus seruo. In Proverbiorum quoq[ue] legitur libro Sufficiat tibi lac caprarum, &c.

REGULA III.

Seruis & ancillis, operarijs ac mercenarijs statim soluenda est mercede iusta.

Hinc in Leuitico Dominus præcepit
Non morabitur opus mercenarij a p[ro]te
te usq[ue]

I. Reg. 5

Pro. 29.

Ecc. 33.

Pro. 27.

TH.
netie-
r con-
Matti-
it fre-
simus
3. Re-
os su-
enses,
essent

ijs ex-
ropor
out la-
elicata
n Pro-
elicate
a len-
iastico
us asi-
seruo,
libro

: mer-
merci
cepit
i apud
vsqu

DE VITA CHRISTIAN. 149

te vsque mane. Hinc Tobias filio suo iussit. Quicunque tibi aliquid opera *Tob. 4.* tus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij apud te omnino non maneat. Imò huius oppositum tam graue est facinus. ut in Ecclesiastico afferatur: Qui effundit sanguinem, *Eccl. 34.* & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. Ideo ministrantibus & laborantibus debitam mercedem non prestatre, est vnum de quatuor peccatis clamantibus ante Deum¹. Propter quod dicit Iacobus Apostolus: Eccè merces *Iaco. 5.* operariorum, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamore eorum in aures Domini Sabaoth introiuit.

REGULA IIII.

Paterfamilias debet quasi episcopa² le officium exercere circa suos domesticos ac ministros.

Hoc afferit Augustinus: & ad hoc inducere debet parrem familias charitas Dei & proximorum. Vniuersos igitur illos charitatue informet, hortetur, corripiat, consoletur, & sicut Deus ab ipso requirit, cunctis se præbeat exemplarem. Talis fuit Cornelius ille *Act. 10.* Centurio, de quo recitat, quod fuit vir religiosus, id est, multum deuotus

g. 3 ac tu-

150 D. DIONYS. CARTH.

ac timens Deum, cum omni familia sua. Cuius utique familia tota non fuisset tam virtuosa, nisi ipse praefato modo eam rexisset corripiendo, hortando, ac instruendo. Insuper talis extitit iudex ille, de quo in primo vitae sanctorum patrum libro sanctus scribit Hieronymus quodcum Abbas Paphnutius in vita angelicæ Deum rogasset intente, ut ei dignaretur ostendere, cui similis esset, adstitit ei angelus Domini, dicens: Similis es primario, id est, iudici vici illius. Quo auditu, perrexit ad eum Paphnutium & interrogauit, quae esset conuersatio eius. Quo de se humilia respondentem, instituit Paphnutius, quo usque secreta sua aperuit: sicque inter cetera fatebatur: Triginta annis cum uxore mea continenter penitus vixi. Peregrinos & pauperes semper suscepit, nec eos sine viatico abire permisit. Famulos meos sic rexerat, quod nemo eos reprehendere quiuit. In iudicando nec filij mei personam contra aequitatem suscepit: semper studi in vita mea, ut iniuste neminem contrastarem: discordantes semper studi concordare. Paterfamilias seu Dominus domus non debet se ad suos habere ministros fami-

Hieron.

H.

milia
on fu-
o mo-
rtado,
tit ju-
ancto.
Hier-
ius vit
tent
simili
i, di-
iudici
ad c
e essi
milia
s, quo-
e inter
is cum
s vixi
sulce
ermisi
mo e-
cando
quita-
mea
n: dil-
dare.
omus
istros
fami-

DE VITA CHRISTIAN. 151

familiariter nimis, nec eis sua manife-
stare secreta, nisi de illorum fidelitate
& syncera ad se dilectione fuerit cer-
tus. Christus nanque suis ait discipu-
lis: Seruus nescit, quid faciat Domi-
nus eius: Id est, secreta eius ignorat.
Communiter quoque fertur: Nimia
familiaritas parit contemptum. Ve-
runtamen seruus fidelis tanquam fili-
us est amandus, & ei secreta Domini
sui possunt à Domino suo insinuari,
cùm in Ecclesiastico scriptum sit: Eacles. 7.
Seruus fidelis sit tibi dilectus quasi a-
nima tua.

Ioan. 15.

*Qualiter seruientes ac operarij ha-
bere se debeant ad Domi-
nos suos,*

Articulus. XI.

SERVI, subditi estote in om-
ni timore Dominis non tan-
tum bonis & modestis, sed
etiam discolis, Regulam
seruorum & ancillarum compendio-
sissimè ac prudentissimè descriptis A-
postolus ad Ephesios. Quod autem
scribit de seruis, de ancillis quoque *Ephes. 6.*
g 4 - pro-

i. Pet. 2,